



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XIV. Qua re peccator Deipara[m] Virginem offendat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

porta cæli peruia. Hęc omnia do-
cent Sathanicã esse peccati ma-
litiã quã illa grauitè offenditur.

CAPVT XIV

Quare peccator Diuam Virgi-
nem offendat?

EA primũ: Quæ Christo Do-
mino ex fide meritissimò tri-
buimus, cum matre gloriosissi-
ma ferè cõmunia sunt omnia, &
id igitur commune erit, vt cum
Christus offenditur, vti peccator
grauissimè offenditur, offende-
tur & eodem mater. Incompa-
rabilis deinde D. Virginis in filio
suũ amor est, fieri ergo nequit
eum peccato offendi, nõ ipsam
effectus enim amoris zelus, cõ-
munem mali sensum efficit. Da-
uid vidit. prauaricãtes & tabescebat.
2. Cor. II: Paulus vidit scandalizatos & ureba-
tur. B. igitur & virgo videns filium
suum offendentes, offenditur &

ps. 118: 139.

& 158.

2. Cor. II:

29.

ipsa

ipsa ab illis. Vult insuper Deus
 vt nobilissimū pietatis & puri-
 tatis eius exemplar imitemur, ab
 eo autē quā lōgissimē peccatū
 mortiferū abest. Serui etiā eius
 nos omnes sumus, vtī ipsa no-
 stra Domina & Regina; seruitus
 autem hęc postulat vt defluen-
 tia in humum vestimenta eius,
 virtutū scilicet decora, sanctam-
 que eius viuendi rationem, quo
 ad eius fieri potest, ad imitati-
 onem bonumque nostrum col-
 ligamus. Fœmina illa, quę fim-
 briam vestimenti Christi vel te-
 rigit, corporis sanitatem est con-
 secuta; qui iam matris vestē col-
 legerit, animæ certē sanitatem
 consequetur. Spiritus itē S. olim
 per Prophetam his verbis po-
 pulum hortatus est suum. *At-*
tendite ad Abraham patrem vestrū,
& ad Sarā, quæ peperit vos; quis du-
bitat iam eundem nos sic alloqui: At-

Mat. 9. 21.
Es. 51. 2.

D 3 tendi-

Serm. 244.
de temp.

tendite ad Christum patrem, qui per
gratiam vos in filios suos genuit, & se
quimini vestigia eius; accedite & ad
gloriosam Virginem Mariam, in San-
praesignificatam, seu matrem vestram
eiusque exemplum, quantum potest
imitamini. Quod B. etiam Augu-
stinus de sanctis martyribus scri-
bit, in Deiparam, citra contro-
versiam convenire potest. Illud
est: Tunc pro nobis absque ulla dubi-
tatione sancti Martyres intercedunt
quando in nobis aliquid de suis virtu-
tibus recognoscunt: Si tutelam eorum
deposcimus, si aliquando beata eorum
societate in caelo perfrui desideramus,
necesse est ut eorum virtutibus sectan-
dis, peccato omni profligato, operam de-
mus: Benevolentiam eorum nobis maxime
demeremur, si a peccato maxime mor-
tali immunes simus. Quae omni-
ritè recteque in peccato fieri ne-
queunt, eo ergo illa offenditur
Beneficijs tandem illa & plura

mis

mis,
rim
offe
tine

Illi,
po
tura
bus
dissim
lenti
ipso
tatis
dici
tiam
natu
virtu
gnu
nem
Ezeo

mis, & maximis nos afficit, plurimum ergo maximèq; peccato offendetur, quo ingrattudo continetur maxima.

CAPVT XV.

Angeli peccato lethifero offenduntur.

Illi, qui ab omni materie & corporum concretionem liberi, natura que ipsa immortales, ex rebus omnibus nobilibus nobilissimi, & excellentibus excellentissimi sunt; & in quos Deus, ipso creationis momento bonitatis sue diuitias, plena, quod dici solet, manu effudit, gratiam scilicet, rerum omnium natura constantium scientiam, virtutes, vimque & robur magnum, speciem, & pulchritudinem tantam, vt pleni decore ab

Ezechiele, ab alijs nube aut can-

D 4 didif- 18. & 19.